



A.

Acetum Chalybeatum.

℞. **A** CETI acidissimi ℥vj. Limat.
Chalyb. ℥vj. f. Infusio frigida tri-
duana, deindè colatura.

Hoc à Zachia de Affect. Hy-
pochondr. ad Oxymel. Chaly-
beatum conficiendum.

Aqua Balsamica.

℞. Herb. Hederae terrest. Marrub. alb. Hyssopi,
Puleg. ā M iij. Rad. Enulæ, Irid. Florent. ā
℥ij. Terebinth. Vener. (cum Ol. Tart. dissolut.)
℥iv. Lactis ℥vj. Spir. Vini ℥ss.

Destillentur balneo arenæ, liquor totus mis-
ceatur, oleo, separato.

Si Terebinthina (inquit Etmuller) cum O-
leo Tartari per deliquium triturando probè mis-
ceatur, in lacteum liquorem facescit.

Hæc Aqua aptè præscribitur in Tussi pulmo-
nali, & Phthisi incipienti; siquidem Putredinè
resistit, Mundificat, Consolidat, Exsiccatur, &
Roborat.

Dosis cochl. ij. vel iij. bis in die, cum Syrupi
& Succo Hederae terr. vel Balsam cochl. j.

Aqua Bardanæ Composita.

℞. Rad. Bardanæ, Garyoph. Tormentil Cyno-
gloss. recent. ā ℥iv. Herb. Jacobæ, Geran. Ro-
ber,

A

2 A Q
bert. Plantag. Chelidon. maj. Agrimon. Veron.
Hed. terr. Sedi maj. ā M. ij. Sem. Fœnic. dulce.
Coriand. ā ʒij. Seri Lactis Cong. ij. Destil. ut ar-
tis est.

Serum magis aptum videtur destillationi,
quatenus demptā parte caseosā inutili, minùs
Empyreumati obnoxium est.

Utilis est in Cancro, Scrophulis, Morbis in-
terioris recessùs, & obstinatis. Ingreditur benè
Julapia appropriata. In hujus ʒiij. exprimantur
Millep. contuli N^o. 40. vel 50. pro dosi matuti-
na per mensem integrum.

Aqua Chalybeata nostra.

℞ Limat. Chalyb. Tart. albi pul. ā ʒiv. Aq.
font. ʒviiij. digerantur moderato furni calore 4^o
dies: deindè liquor clarus per colum effunda-
tur, usuique reservetur.

Hæc Aqua, si nimis diù asservetur fætorem
contrahit, sed absque sumptu recens paratur,
Chalybe fatis imprægnatur; & ad hunc modum
mistā recens commodissimè exhiberi potest.

℞ Aq. Chalyb. nost. ʒbj. Aq. Ment. Absint
comp. ā ʒij. Aq. Lumbric. Magistr. Gent Comp.
Syr. è ʒ. Radic. ā ʒiv. m. f. Julap. cujus Dos
cochl. vj. bis in die.

Aqua Fimi.

℞ Herb. Becab. Nasturt. aq. Ling. Cerv. ā M.
ij. Cort. Aurant. recent. N^o. iij. Nuc. Mosch. ʒvj.
Stere. Eq. succulenti ʒiij. Lact. ʒix. Succ. Sca-
biofa, Tarax. Aq. Hyssopi ā ʒbj. f. Dest. f. a.

Usurpatur in Julapiis contra Affectus Pecto-
rales, Scorbutum, & Dolores vagos.

Aq. Juniperi Comp.

℞. Bac. Junip. contus. ꝑ̄xij. Sem. Anisi, Carui,
Coriand. ā ꝑ̄j. Spir. Vini ꝑ̄xij. Aq. (ad med. coctæ)
ꝑ̄iv. Salis decrepit. ꝑ̄iv. f. Destil. f. a. ex Alembico.

Aquam destillatam non eandem ipsam esse
cum Aqua fontana satis patet ab hoc Tachenii.
(Hippoc. Chym. cap. 19. p. 106.) Facillimè. pro-
batur Alkali occultum in Aqua simplici, cum
Salis Saturni solutione; quæ statim lactescit ab
ea: Sic etiam Argentum solutum in Aqua For-
ti, huic solutioni si addideris Aquam simplicem,
statim lactescit: cum verò eadem Aqua destil-
lata fuerit, tunc Alkali non ascendit, ut neque
Argenti solutio ab ea lactescit amplius. Qua de
causa. Jo. Bapt. Porta (in Mag. nat. l. 5. cap. 5. p.
254.) pro arbore ex Argento & Mercurio,
quem vulgus (ineptè) Philosophorum appellat
jubet Aquam bis vel ter destillari, scilicet ut
limpida permaneat.

Carminativa, Stomachica, & Splenetica di-
ci meretur.

Aqua Limacum Scorbutica.

℞. Limac. cum testis contus. ꝑ̄iij. Cort. Au-
rant. recent. ꝑ̄iij. Herb. Becabungæ, Nasturtii
aq. Aparines ā M. iij. Seri Lact. ꝑ̄vj. fiat Dest.

Aquam è Lacte destillatam non esse (quic-
quid alii astruant) meram & sinceram Aquam
Elementarem nunc (inter cætera) constat, quòd
diutius asservata acefcit. Sic equidem citò acef-
cere solet jusculum (id est, Aqua succis Ani-
malibus imprægnata) nunquam verò Aqua sim-
plex, licet ævum reponatur. Sed Aqua Lactis
est (prout mea fert sententia) Ros quidam A-
nimalis, nobis congener; Cruori suppeditans
Lympham salinæ aspredinis expertem, mollem

A Q

& amicam; quæ totam Massam diluendo, con-
temperando, & commiscendo, eam æquabilius
liquidam, benigniorem, magisque homogeneam
reddit; proindeque quo liberius Sanguis circu-
letur, fervores deponat, Partesque nutriat,
egregiè opem confert.

Laudem meretur contra Febrem erraticam
Scorbuticam, Dolores vagos, Marasum, &
Sudores nocturnos.

Aquam Limacum Pectoralis.

℞. Limac. contus. ℥iij. Micæ Panis albi ℥xij.
Nuc. Mosch. ℥vj. Herb. Hed. terr. M. vj. Seri
Lact. ℥vj. Dest.

Quandocunque volui hanc Aquam non fore
omnino frigidam; Spiritus Vini ℥ss. vel ℥bj. an-
te destillationem adjeci. Cogitavi etiam de ad-
ditione Bals. Tolut ℥vj. vitel. ovi solut. (sc. ut
Aqua Balsamum gratè spiraret:) sed nondum
expertus sum.

Rerum essentia & affectiones adeo sunt sub-
tiles, adeo abstrusæ, ut melius à posteriori,
quàm à priori plerumque sunt dignoscendæ.
Ideo (neget id licet Zwelferus, asserit Ex-
perientia) ratum nobis habeatur, quod quam-
vis Limaces & Panis Mucilaginem suam & Suc-
cum crassum per Alembici rostrum emittere ne-
queant; Effluvia tamen Sanativa possunt; iisque
Aquam (eorum vehiculum) saturè imprægna-
re sufficiant.

Humectat, Lenit, Nutrit, Confortat, Exte-
nuatis, Hecticis, & Phthisicis conducit.

Aqua Millepedum.

℞. Millep. viv. Pint. jss. Cort. recent. Aurant.
& Limon. ā ℥iij. Micæ panis albi ℥xij. Nuc. Mosc.
℥vj. Succ. Scabiosæ, & Aparines ā ℥bj. Seri lact.
℥iv. Dest. Cor.

Cortices debent esse recentes : licet enim, inter destillandum, Herbae aromaticae plus Olei praebeant siccatae, quam virides e contra tamen Cortices Aurantium & Limonum plus Olei (& consequenter Saporis, Odoris, & Virtutis) praebeant virides, quam siccatae.

Usus est in Morbis Capitis & Nervorum, in Arthritide, Affectione Hypochondriaca, Asthmate, Phthisi, Scrophulis. Sanguinem depurat; Urinam movet. Vide Expres. Millep. Simpl.

Agua Scolotyrbica.

℞. Rad. Raph. sylv. Ari, Cort. Aurant. recent. ā ʒiij. Herb. Cochl. hort. Perficar. ā M. vj. Nasturt. aq. Becab. Salv. Ment. ā M. iij. Nuc. Mosch. ʒiij. Cerevis. annosae ʒxij. Destill.

Locum habet in Julapiis, Infusis, Decoctis. Valet praecipue contra Scorbutum, ejusque varia symptomata. Insuper Urinam movet.

Balneum.

℞. Raf. Lig. Gnajaci ʒiij. Sassafr. ʒjss. ponantur in sacculo, & coq. in Aq. font. Cong. lvi. (sive Modis viij.) ad Cong. xlviij. (sive Modios vi.) horae fere quadrantem, ante finem addendo sacculum sequentem.

℞. Bac. Lauri ʒiij. Cort. Winteran. ʒjss. Rad. Jrid. Florent. Cyperi, Calami arom. Angel. Hisp. ā ʒxij. Praep. pro sacculo.

In hoc liquore satis calenti infideat patiens tempore matutino per horam, vel quamdiu cum euphoria potest. Deinde indusio lanceo obvolutus, lectum petat, & haustulo vini recreatus, sudorem expectet.

Haec species possunt eidem liquori similiter incoqui tres successivos dies : postea vero recentes comparari oportet.